

Cûla Hartmûdus nomine nobis, ut vulgo dicitur, plechtaft de consensu et conniventia heredum suorum duos mansos in eadem villa cum arcis adtinentibus conventui in Volcholderoth ad hospitale pauperum coram suis concivibus et nostro villico Cristiano contradidit receptis pro eorundem distractione bonorum vîrî marcis et dimidia. Nos igitur prefatam ecclesiam cum in contractu huius modi dampnificare possemus iuste cassando factum, in quo minus caute et nimis simpliciter processerunt, tamen ob reverentiam conventus memorati et intuitum retributionis divine assensum de bona dedimus voluntate. Et ne quis in futurum sive de successoribus meis sive de posteris predicti viri revocare valeat factum, in presenti sigilli nostri impressione hanc cartam statuimus confirmare. Testes sunt: Comes Hogir de Vrîdeberch. Rûdolfus pincerna. Lûdewicus de Almenhusen. 10 Rudolfus advocatus de Cornre. Heinricus filius eius. Hÿgo de Sumeringen. Gûntherus dapifer. Gûntherus archipresbiter de Cûla. Reinboto miles. Withekingus et alii quam plures, quos enumerare longum est. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. cċ. xix. (SD.)

269.

15

Markgraf Dietrich bezeugt den Verkauf eines Gutes zu Prititz Seitens der Mechtildis, Konrads v. Lobdaburg Wittve, an das Domkapitel zu Naumburg. 1220 April 11.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg No. 45a. Das zerbrochene S., an rothen Seidenfäden, = Taf. III. 2. Phot. II. St. A.

Gedr.: Braun, Hist. dipl. Nachr. von den Grafen von Osterfeld (falsch mit 1215).

20

Theodericus dei gratia Misnensis ac Orientalis marchio omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in salutis auctore. Ne ex labili memoria aut ex prava ad fallendum hominum malicia bene expedita iterum inpediri et turbari possint negocia, expedit, ut ea, que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, scripti memoria perhennentur. Sciat igitur tam presens etas quam successura posteritas, quod domini canonici Nuwenburgensis ecclesie de argento, quod quidam fideles eidem ecclesie pro remedio animarum suarum contulerunt ad usum prebendarum quoddam predium^{a)} in Pritzet, scilicet duodecim mansos et triginta agros lignorum et curiam iuxta ecclesiam sitam cum aliis eorum attinenciis comparaverunt pro ducentis quinquaginta marcis argenti a matrona nobili domina Mechtildi, vidua domini Cunradi de Lobedebure, que bona iam dicta matrona eidem ecclesie vendidit et tradidit in presentia nostra in generali placito ea secuta sollempnitate, que secundum terre consuetudinem in talibus requiri consuevit, accedente videlicet consensu filie sue, que presens erat, marito quoque filie videlicet comite de Dasle et idem factum approbante. Item fratribus predictae matrone videlicet domino Meinhero bureravio de Misne et Hermannno fratre suo presentibus et consentientibus. 35 Qui eciam fratres data fide fideliter promiserunt defendere et tueri predictam ecclesiam

269. a) quoddam predium übergeschrieben Or.